

que testimonium, sed hae voces: *bij tres unum sunt, et tres sunt qui*, manifeste secundam manum produnt. Nec repetitur post terrestre testimonium: *Et hi tres unum sunt*. Ad calcem notus Index: *Hic incipiunt interpretationes nominum hebraicorum*.

L. VI. E. 25.

313 Codex membraneus lat. Sec. IX. Foliorum 224. f. luculente exaratus, rubricis distinctus, et bonae notae complectitur *Quatuor Evangelia*. Initium ducitur ab Epistola Hieronymi ad Damasum. *Nouum opus me facere cogis ex uetere &c.* Sequitur Prologulus *Quattuor Euangeliorum*, id est, Hieronymi ad Eusebium, qui orditur: *Plures fuisse qui euangelia scribserunt &c.* ut in *Bibliis glossatis*. Subjungitur absque titulo: *Eusebius carpiano fratri in domino salutem*. Est nota illa de *Evangeliorum Canonibus* Epistola, cujus initium: *Ammonius quidem Alexandrinus magno studio atque industria unum nobis pro quattuor euangelis dereliquit &c.* Itaque et illam *Canones* hi eleganter picturati excipiunt.

Matthaei Evangelium praeter Picturam ejus linearem, antecedit, ut in *Bibl. gloss.* Argumentum: *Mattheus ex iudea sicut in ordine primus ponitur &c.* in quo mox sub initium rectius legitur: *duorum principia*, ubi edita habent: *duo principia*. Argumento subjectum est *Breviarium Capitum*. Et sic per reliquos etiam *Evange-*

listas, in quorum omnium marginibus diligenter *Canones* Concordiae sunt adnotati. Ad calcem litera cubitali legitur: *Explicit Evan.* et minore: *Valete in Domino semper*. Tum fol. 210. p. 2. variis characterum compendiis: *Incipit Capitulare Evangeliorum de Circulo Anni*. Initium est a *Natali Domini*. Post *Pentecosten* numerantur Dominicae tantum VI. reliquae usque ad *Adventum* numerantur a *Natali Apostolorum*, S. item *Laurentii* et *Cypriani*. Hebdomadae *Adventus* dicuntur *ante Natalem Domini*. Fol. 222. p. 2. *Incipit Lectio Euang. de diuersis Causis*. Hae sunt: *Pro Ubertate pluuiæ*, *Pro sterilitate pluuiæ*, *In commotione gentium*, *In natali papae &c.* abrumpunturque in *Evang. Pro salute unius Uuii*.

Pertinuit olim praestans hic Codex ad antiquissimum pene totius *Bajoariae* Coenobium *Waltenburgense* sub Tetrarchia *Straubingana* non procul *Kelhemio* ad dextram *Danubii* ripam situm Ord. S. *Benedicti*, ut patet ex iis, quae solers quidam et membranae parcus Coenobita spatiis hinc inde vacuis adnotavit. Et quidem fol. I. p. I. *Traditiones* IV. videlicet I. *In Nomine domini Tradidit quidam vir N. Baltker sua propria mancipia nuncupati Liupbitto et filium eius — prebtan ad sanctum dei martirem georium in manum Hauuardi et clericorum EARATIONE ut per singulos annos redderent ad aram sancti Georii martyris. V. nummos. et posteri eius. et isti sunt T. (estes) per aures tracti.*

traſti. Hauuart. Adalbun. Ribmunt. Uuiſo. Adalprebt. Diozman. Liuprat. Epanbart. Ribbart. Nitbart. Erhanprebt. Ribker. II. Notum ſit cunctis preſentibus uidelicet atque futuris. quod quidam clericus Erhanbart qui et archipreſbiter tradidit ſuum proprium clericum N. adalbun ad altare ſancti Georgii. in manu aduocati. Immonis. Iſti ſunt teſtes. Hauuart. Ribmunt. Ribbart. III. In Nomine domini. Tradidit quidam homo. nomine. Albuni ſua probria mancipia nuncupati. Horſemuod. Vualtrut. et filii eorum. Ad ſanctum dei martirem. georium. In manum Nitbardi. Ea ratione. Vt per ſingulos annos perſoluant Ad ſupra dictum. M. (artyrem) V. denarios. et Iſti ſunt teſtes. Hauuart. Job. Uuilliberi. IV. In nomine domini tradidit quedam mulier. que nominata eſt. Helidin. ſuum probrium ſeruum. nuncupatum. fruouuili. ad altare ſancti georii. In manu adalbar di prepoſiti. Ea ratione. Vt per ſingulos annos. perſoluat. Ad ſupra dictam aram. V. denarios. et Iſti ſunt teſtes. Richart. Ruodfriht. Sikipert. epermunt. Vuiſo. et alii multi qui hoc ſciunt. Nihil de his Traditionibus T. XIII. Monument. Boic. ubi Chartae Coenobii Weltenb. collectae ſunt. Factas putem eo tempore, quo Canonici Reg. e S. Floriano acciti illud tenebant, id, quod *ibid.* p. 305. anno 1123. adfigitur. Movet inter alia Adalbar dus Prepoſitus.

Fol. VI. p. 1. rurfus Traditiones III. I. Iſti ſunt qui cenſum ſuum debent dare ad ſanctum dei marty-

Denis Codd. mſs. theol. Bibl. Palat.

rem georium. — pero. Baldo. et ſorores eius. Reginbilt. Purcraht. et Richilt. Ruodolt et ſorores eius Ruodbilt. Eginna. Engilburc. Rekinburc. et filii earum. Iſti filii Sigiberonis de Cekingun. De ſtubingun Fruodwili &c. II. Quidam vir. N. Wolfberius ſuum proprium Mancipium Wolfberium Tradidit per manum Ribherii et Ribbar di ad ſeruicium ſancto dei martyri georio. eo tenore ſi congregacio ibi eſſet vt illis ſerviret. et inde queſtus haberet ſui proprii ſumtus et Si ibi congregacio non eſſet per ſingulos annos ſuum cenſum Rete ret In altare. V. denarios. Iſti ſunt teſtes. Ribberi. Ribbart. Ruodfrid. III. Traditio Uodalgeri Preſbiteri. Notum ſit — qualiter quidam preſbiter Uodalger nuncupamine eterne uite deſiderio accenſus. omnia ſecundum apoſtoli preceptum reliquit. et in monaſterio ſancti Georgii regulari uite deo militandum ſe ſubdidit. Idem — tradidit ad altare ſancti Georgii mancipia — Richolf et Heibrat uxor eius. et filii eorum Engildio. et hiltigart. ea ratione ut — in eternum ſabbatum habeant cum VI. feria. et omnem iuſtitiam et legem quam cetera mancipia — Si autem quod deus prohibeat uita monachica in loco ſupradicto deſtructa fuerit. et canonicę congregationi traditus fuerit. ſeruiant eis ſimiliter ut monachis. Si uero nec monachorum nec canonicorum ibi congregatio fuerit — reddant cenſum ſuum ad altare ſancti Georgii. Uir V. denarios. femina III. Et ſint ubicumque uelint uel poſſint. Teſtes Aſcrib

H

Ruod-

Ruodpreht. Adalpero. Item Adalpero et multi alii. Neque harum Traditionum, quae prioribus antiquiores videntur, mentio fit in Colled. cit.

Fol. IX. p. 2. Primo enumeratur Supellex quaedam Ecclesiastica, additis subin adpellationibus theoticis, quas adscribo: Calix chelib. Turibulum roubchar. Candelabrum charcistal. Arcea (Acer-ra) uiuioh (weihrauch) faz. Cacula missabachul, fortassis ab Haccus Stragulum, vide Carpent. Gloss. Nov. Sandalia rumisca (rö-mische) scuba. Napula hant fano. Pallia fellola. Stragulum feblachan. (Feb bunt) Tapetium tep-pit. Luminaria liotfaz. Secundo recensentur Reliquiae, quae in altare Sanctae Mariae continentur, in quarum numero sunt Emmerami, Gengolfi, Cholomanni, Wilibaldi, Wolfgangi, Corbiniani, Uodalrici et XI. milium. V. Tertio legitur haec nota temporis recentiore manu: Anno ab incarnatione domini Milleesimo. CC°. LX. VII°. Consecrata est capella in capitulo. A uenerabili leone (successore Alberti M. mortuo 1277.) ratisponensis ecclesie episcopo. In honore domini nostri ihesu christi. et sancte dei genitricis marie. Sancteque Katerine. uirg. et martiris. Continentur autem ibidem Reliquie. Particula corporis domini. quoque Sanctorum Bartholomei apostoli. Alexii confessoris. Waltpurge et marie uirg. Quid Particula corporis domini?

Fol. XIV. p. 1. Enumeratur ecclesiasticus thesaurus tripartitus.

Primo Libri partim Biblici, partim Liturgici. Praeterea Regula, quam Benedicti, Dialogi, quos Gregorii putem, et Smaragdus, illene, qui Ardo praenominatus vitam Benedicti Arianae et Judae in Belgica Abbatis, an ille, qui Abbas S. Michaelis ad Mosam varia Ascetica dedit, ignoro Volumina uniuersim LV. Secundo Vasa sacra numero XX. argento, ut dicitur, parata. Quaedam et deaurata. Tertio Vestiarium sacrum, in quo praeter alia notiora comparent Fanones II. et Panchalia III. Priores vel hodie dicta Corporalia vel Manipulos designare arbitror, Panchalia vero Mappas ad Scamna tegenda, rectius fortasse Bancalia scribenda.

Fol. demum ult. p. 1. legitur unica, eaque antiquissima Traditio, quae in Monum. Boic. T. cit. p. 309. occurrit, quamque describere non piget, ut cum Edita conferri queat. In nomine domini. Tradidit quidam homo. N. Otram parscalc (ex Bar et Scalck liber — fervus seu Libertus) regis. sua propria mancipia nuncupata luitbalm. Grimolf. Eckibart. Reginpurc. et N. Eginna. Ad sanctum dei martirem georgium. In manum Isangrimi episcopi. et aduocati sui folcrati. Ea ratione. Vt per singulos annos. persoluant. Ad suprascriptum M. (onasterium, vel Martyrem) uiri V. denarios. et mulieres. III. et isti sunt testes per aures tracti. gipibo. Adalpold. Altman. Hucbauuart. Kerolt. Ita summa fide ad supplendum Codicem Traditt. Weltenburgensium. Isangrimus sedem

dem *Ratisbonensem* ab an. 926. ad an. 937. tenuit, Coenobiumque praedictum in *Commendam*, ut ajunt, habuisse videtur.

LI. VI. C. 24.

¹⁵⁰ Codex membraneus lat. Sec. IX. Folior. 196. f. caractere luculento, sed a Librario minus latine docto, qui voces duas jam inter se neſteret, jam vocis ejusdem ſyllabas divelleret, exaratus, et bene ſartus tectusque continet *Librum IV. Evangeliorum*, Inſcriptionibus, Literis initialibus, et notis marginum harmonicis miniatis. Exordium ducit *Hieronymi* ad *Damaſum* Papam Praefatio: *Nouum opus me facere cogis &c.* ſed procedit tantum uſque ad illa verba: *Sciendum tamen, ne quis ignarum &c.* quae alioquin melioris notae Codices non agnoſcunt. Sequitur Prologus *Commentarii Hieronymiani in Matthaeum*: *Plures fuiſſe, qui evangelia ſcripſerunt &c.* et hic tantum uſque ad illa verba: *Satisque miror, Eusebi dilectiſſime &c.* Hunc excipit *Eusebii* Caesariensis *Epistola* ad *Carpianum* de Canonibus *Evangeliorum*: *Ammonius quidam Alexandrinus magno ſtudio &c.* Non tamen ſtatim ſuccedunt ipſi *Canones*, ſed interjacet primo illa lacinia *Epistolae* ad *Damaſum*: *Sciendum tamen, ne quis ignarum &c.* ſuperius rejecta, quae etiam in *Hieronymi* edit. *Vallars.* T. X. col. 665. ſeparatim habetur; dein, ut inſcribitur, *Argumentum ſecundum Mattheum. Matheus ex iudaea*

ſicut in ordine primus ponitur &c. denique *Breviarium Ejusdem* ſecundum XXVIII. Capita, hoc initio: *I. Natiuitas chriſti. magi cum muneribus ueniunt. Et ioſeph ab angelo per uiſum admonitus cum puero et matre eius in egyptum fugit. infantes interficiuntur.* Hoc tandem abſoluto *Canones* lineis miniatis porticum inſtar, ut ſolent, incluſi comparent, poſt quos *fol. 17. p. 2.* non ſine ductuum ornatu, litera unciali: *Incipit Evangelium Secundum Mattheum*, cujus prima verba eadem magnificentia uſque ad: *Abraham genuit Isaac*, exarata ſunt. Idem puta de reliquorum *Evangeliorum* initiis, quibus, uti *Matthaeo*, et *Argumenta* et *Capp. Breviaria* praefixa ſunt. Numeri Capitum aliter, ac hodie, diſiſtorum, uti et Canonum harmonicorum Citata minio in margine notantur. Textus ipſe non continente linea ſcriptus eſt, ſed ſaepe abrumpitur, et ad caput paginae redit, lineis initialibus ejuſmodi *περικοπων* non raro minio exaratis. Ab editis ceterum nihil notabiliter differt. *Fol. 189. p. 2. Incipit Capitulare Evangeliorum de Circulo Anni*, lineis rubris nigrisque alternantibus. Initium eſt: *In natali domini Ad ſanctam mariam maiorem. Secundum lucam. Kan. (Cap.) III. Exiit edictum a ceſcere (Ceſare) auguſto. Uſque pax hominibus bone uoluntatis.* Collato hoc Capitulari cum eo, quod *Celfiff. Gerbertus* in *Monum. Vet. Liturg. Alem* ad pag. 417. publici juris fecit, ſequentia adnotare uiſum eſt.